

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 21 : De Gigantibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[78\] : De Gigantibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 21 : De Gigantibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 22 : Des Geans](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 21 : Des Geans](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 21 : De Gigantibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/893>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination194r°-196r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Géants](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

τῆς γῆς ἀπὸ τοῦ αἵματος, οὗ ἐξ ἡμῶν, συνέστη.
 Audi nunc Tellus, & quod tegis omnia Cælum,
 Titanesque Dei colitis tellure sub alta
 Tartara qui tenebrosa; viri sunt vnde, Dei que.
 Atque Orpheus in hymno in Titanes illos omnium animalium fontem ap-
 pellat, quæ ubique habitant, ut est in his;

*τῆς γῆς πάντες οὗτοί τε καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος τῆς οὐ-
 ρανῆς οὗτος ὁ κόσμος ἐκείνους οὖτοι καὶ οὗτοι
 συνέστησαν ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ οὐρανοῦ καὶ
 τῆς γῆς, καὶ οὗτοι καὶ οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι,
 οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι,
 οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι.*

10

Titanes Cæli ac Terræ clarissima proles.
 Nostrorum proavi patrum: tellure sub alta
 Tartara qui colitis nigrantia. fons, & origo
 Cunctorum pariter mortalibus optima rebus,
 Quæ mare, quæ terras habitant, quæq; ætheris oras.
 Nanque viger per vos apte natura animantium.

Alii Titanem solem esse crediderunt, cuius vxor esset terra; quoniam ex his
 omnia evidentius nascantur. Quidam elementorum mutationes per hanc
 fabulam explicasse antiquos crediderunt, ac Titanes vocarunt illa elemen-
 ta, quæ terrestræ quiddam & crassum intra se continerent; quæ vi corporum
 superiorum inferius assidue detrudantur. Nam vapores semper sursum vi
 solis attrahuntur, qui ubi ad superiora peruenerint, virtute diuinorum cor-
 porum vel soluantur in purissima elementa, vel repelluntur inferius, quæ
 dimicatio est sempiterna, hanc vero per fabulam Titanum antiqui sapientes
 illa ipsa significabant. atque hæc ad physicam rationem. Quod vero nemo
 impune aduersus Deorum religionem sic temerarius, iam sapius explica-
 tum est, quare ethicam explicationem in hac fabula nō inuestigabo. at nunc
 dicatur de Gigantibus.

30

De Gigantibus.

Cap. XXI.

Dicuntur Gigantes à Terra, Cælique sanguine nati fuisse, quo tempore
 Saturnus pudenda patris absceidit, ut ait Hesio. in Theog. his versibus;

*τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ οὐρανοῦ
 οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι
 οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι.*

Sanguinæ quotquot guttæ cecidere, recepit
 Terra omnes: eadem rursus voluentibus annis
 Horrendas peperit Furias, magnosque Gigantes.

40

Et Orpheus lib. 8. sacri sermonis;

*οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι
 οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι οὗτοι.*

Hos ideo superi cuncti dixere Gigantes,
 E Terra quod sunt nati, & de sanguine Cæli.

Hanc eandem opinionem habuit etiam Acusilaus, ut testatur Apollonii enar-
 rator. nam paulo superius ostendit Hesiodus saturnum in insidiis colloca-

Ccc 2 tum

Mythologia

tum cum falce per noctem pudenda patri abscidisse. alii non Saturni opera
natos, sed solius Terræ filios Gigantes esse tradiderunt, vt sensu Apollod.
lib.1. quos ab irata Opi siue terra editos fuisse dixerunt, quia occisi fuissent
Titans, eosq; in Deorum vltionem genitos, vt in his significauit Apollon.

Αλλ' ὅπως ἔλαττο τεφύει, ὅτι καὶ αὐτῶν
Γαῖα δὴν ἴατο καὶ αὐτὰρ τίαν, οἷον παρὰ τῆς
χρηστῆς δὲ τῆς.

10 Ast hic horribiliue Typhæo, pignoribusue
Terræ persimilis, quæ Tellus edidit olim
Almo irata Ioui.

Homerus lib. 1. O'lyssæ Neptuni & Iphimedææ filios Gigantes existimauit, qui
ossam & O'lympum montes imponere Pelio conati sunt, vt in cælum ad ex-
pugnandum Iouem conscenderent, sic enim inquit;

ὅτι δὲ μὲν ἰφιδάμειος Ἀλκίονος παρὰ τῆς
Ἰλίδος, ὃ δὲ φάτορ ποσειδάωνος πόλιος.
καὶ ἴφιδάμειος πόλιος ποσειδάωνος πόλιος.
Ποσειδάωνος πόλιος ποσειδάωνος πόλιος.

20 Vxor Aloeï post hanc est Iphimedeæ
Visa mihi: quæ Neptuno duo pignora magno
Edidit, hi parui sunt primo tempore nati:
Ortus diuinus, valde inelytus inde Ephialtes.
30 Nutrit hos paruos tellus. pulcherrimus horum
Natus uterque fuit, post eximium Oriona.
Atque nouem cubitos ambo cruribus nouennes
In latum; longumque nouem corpus fuit vlnas.
Hi superis pugnamque grauem, bellumque minati
Prægrandes montes, vt cælum posset aditi,
Inuoluere, ossam frondosum, mox & Olympum
Cum syluis, stabulisq; super te Pelion altum.

40 Isti dicuntur non solum corporis magnitudine præcelluisse, viribusq; inui-
ctis fuisse, sed etiam terribili planè aspectu, capillis è capite promissis, barba
prolixa, pedibusque anguineis, vt ait Ouid. lib. 5. Fastorum;

Terra feros partus immania monstra Gigantes
Edidit, ausuros in Iouis ire domum.
Mille manus illis dedit: & pro cruribus angues:
Atque ait, in magnos arma mouete Deos.
Extruxerunt hi montes ad sydera summa parabant,
Et magnum bello sollicitare Iouem:
Fulmina de cœli iaculatus Iupiter arce
Vertit in autores pondera vassa suos.

Et in

Hi in Phlegreis campis, vel, ut alii maluerunt, ad Pellenen habitauerunt, qui cum essent admirabili corporis procacitate & saxa & ignitas arbores in cœlum iaculabantur, ut testatur his verbis Isacius; *ἐν τῇ τῶν Τίτανων ἀφανισ-
σει, ἐν Φαίλῳ τῶν Μάλλων γὰρ ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἰωνίαν, καὶ Βαβυλῶναιον ἄνθρωπων,
ὡς κίρῳ καὶ ἀπὸ τῶν μενυρῶντιον καὶ ἐκ τῶν ἐν τῇ Ἰωνίᾳ. ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ
ἀλκίωνων.* Terra res gestas aduersus Titanas agrè ferens in Phlegreis Pelle-
nes angustis pedibus, eximieque crinitos & barbatos Gigantes peperit, qui
saxa, quercusq; flammatis iaculati sunt in cœlum, quorum principes erant
Porphyrion & Alcioneus. fuerunt autem complures qui arma aduersus Deos
sumpserunt, quare Sophocles in Trachiniis inquit;

Εὐὸς ἡ ἀνὰ τὸν ἑρμῆν ἡ ἀνὰ τὸν ἑρμῆν.

Neque Terrigenum exercitus gigantum.

Isti cum super altissimos montes illos confendissent, dicuntur saxa ingen-
tia in Deos iaculati, ex quibus illa, quæ in mare deciderunt, factæ sunt in-
sulæ, ut ait Duris Samius: at illa, quæ in terram ceciderunt, montes. Erat
autem rumor inter Deos nullum e Gigantibus posse occidi, nisi quispiam ex
mortalibus in eius belli societatem fuisset assumptus: tum vero Iupiter Pal-
ladi consilio Herculem socium asciuit, qui primus omnium Alcyoneum
sagitta cõfossus interemit. Veruntũ cum semp fortior reuiuisceret, Miner-
ua impetu facto extra orbem Lunæ illum extraxit, qui ita obiit. Iupiter &
Hercules Porphyryonem Iunonem violantẽ occidunt; Apollo lœuum ocul-
um, Hercules dextrum Ephialtæ sagittis effodiunt. Hercules post hunc
Eurytum querno telo de medio sustulit. Hecate Clytium, Minerva Ence-
ladum, ac Pallantem obtruncavit. Cum Polybotes per mare fugiens in
Con insulam peruenisset, insequens hunc Neptunus partem insulæ reuul-
sam in illum contorsit pro telo, quæ recidens Nisyros insula facta est. Mer-
curius Hippolytum, Diana Grationem, Parce Agrium et Thoönem tru-
cidarunt. Reliqui Iouis fulmine perierunt, ut testatur Apollodorus libro
primo Bibliothecæ. Scripsit Pausan. in Arcadicis Bathon vallem quandam
fuisse, in qua vulgatum fuit Gigantes prælium aduersus Deos commisisse;
quo in loco rem diuinam facere fulguribus, tonitruis, ac procellis mos
fuit, ad eius certaminis imitationem. Alii dixerunt in Sicilia fulmine idũ
fuisse Typhonem, ut testatur Hesio. vbi hæc carmina scribit;

Φαίει: Είστε ρωτούμενος αν έχετε τι να πείτε

ἔργον ἐκ βούλησιν αἰθέρις καταπαλνύεται .

Flammaq; manavit de cęso fulmine rege,

Saxoli ad montis radices vallibus imis.

Quidam Pithecefas vocatas insulas gigantū fuisse putarunt, atque in Phlegrejs agris id commissum fuisse praelium. Alii eos natos fuisse ex conditione tradiderunt, ut quādiu essent in eo agro, in quo nati erant, tandiū essent immortales. quare Palladis consilio ex eo agro extractos perisse. Alii fabulati sunt Gigantes ē Phlegra Campaniæ vicina pulsos ab Hercule terram suā biisse, atque ex illorum cruore fontem Leuca foetidum odorem habuisse, Phlegraeque Campaniæ oram fuisse vocatam, quod igni, calidarumque aquarum fluxus abundaret, totiusque Baiarum & Cumarum tractus sulphuris & ignis naturam referentes aquas emitteret. Nam calidas idē esse inquirunt, quod vulnerum flammās abluerint, cum ex ipsius fulminis natura sulphur oleant. Arbitrati sunt nonnulli tantum metum superis inieciisse Gigantum

LEADERS.

Mythologia

temeritatem & audaciam primo aspectu, ut cum primum Typhoeus apparuerit, omnes aufugerint in Aegyptum; ubi longo itinere defessi, ac spe fugae desituti se sub variis formis occultauerint, ut ait Ovid. lib. 5. Metam.

Bella canit superum, falsoq; in honore gigantes
Ponit: & extenuat magnorum facta Deorum.
Emissumq; ima de sede Typhoea terræ
Cælitibus fecisse merum, cunctosq; dedisse
Terga fugæ: donec fessos Aegyptia tellus
Ceperit, & septem discretus in hostia Nilus.

- 10 Com vero in varia animalia ibi mutati Dii fuisse dicantur, illa fuit causa, cur animalia multiplicia postea coluerint Aegyptii. Memorantur vero inter prædictos gigantes Cæus & Iapetus, à Virgilio. Mimantem & Rhetum nominavit Horatius. Deinde fuerunt cum his Asius, Cinnus, Besbicus, Almops, Echion, Pelorus, Aïhos, Celado, Damafor, Palleneus, & alii complures. Aiunt Palladis consilium præcipue, ac vim Herculis valuisse plurimum in profligandis gigantibus, & Panos; qui concham marinam pulsando in eo certamine terrorem hostibus eximium iniecit: deinde Bacchi, qui plurimū viribus valuit. Illi igitur horū Deorum opera victi ad inferos detrusi sunt: atque Enceladus sub Aetna monte substratus flammis assiduus torquetur.
- 20 Typhoeus tantæ magnitudinis corporis fuisse dicitur, ut cum tota Sicilia tribus promontoriis claudatur, tota supra eius corpus posita sit, cuius supra dextram est situs Pelorus Italiam prospectans, supra leuam Pachinus, supra crura Lilybaeus; caputq; Aetna grauat, ut ait Ovid. in his;

Vasta Giganteis ingesta est insula membris
Trinacris; & magnis subiectum molibus vrget,
Aetherias ausum sperare Typhoea sedes.
Nitetur ille quidem, pugnatq; resurgere saepe,
Dextra sed Ausonia manus est subiecta veloci,
Dextra Pachine tibi, Lilybaeo crura premuntur,
Prægrauat Aetna caput.

- 30 Atque cum omnis iniustitiæ, omnisque iniquitatis & sceleris pœna comes esse consueverit, omnino contra Gigantum, omniumque improborum temeritatem & auaritiā illa carmina sunt Euripidis in Helena, quæ ab omnibus debent non modo lingua proferri, sed in mente diligenter ponderari, quæ ita se habent;

Μισοῦργος θεὸς τῶν βίων, τὰ κτενέει
καταλαβὼν καὶ τὸν αἰῶνα, δαΐδα δ' ἀρπαγῆς.
θεοὺς ἱερὰ ἔχει, ἀδελφεὶ τῆς αἰῶνος.
καὶ γὰρ ἔστιν ἡμῶν αἰῶνος ὁμοῦτος,
καὶ τῶν ἱερῶν δ' ἔχει τὸν αἰῶνα καὶ τὸν αἰῶνα.
τὰ πάντα τὰ κατὰ τὸν αἰῶνα, τὰ δ' ἀφ' αἰῶνος αἰῶνα.

- 40 Odit Deus vim: possidendaq; imperat
Tenere iure quæq; non inferre vim.
Opes iniquæ deferendæ: nam viris,
Commune cœlum est omnibus, tellusque; ubi
Multis bonis replere possis atrium,
Sed sit procul rapina, visq; hæc auferens.

Hæc ea sunt, quæ de Gigantibus ab antiquis memoriæ prodita sunt, quæ quid occult-

occulturn contineant, inquiramus. Dicti sunt gigantes Terræ & Cœli filii ex patricidio prope nati, & ex crudelitate Saturni in patrem, quia nihil prope boni ex adulterio & illegitimo congressu nasci consuevit; atque illi, qui sunt crassioris matris, temperati, & æquitatis amici, ferè esse non solent; quare crassiora corpora prona sunt ad voluptates, iramque diutius seruant, rationi non facile cedunt, minus sunt ad capiendas disciplinas accommodata, & pro libidine, animorumque impetu plerumque feruntur. Alii tamen Neptuni & Iphimedæ filios putarunt, quoniam omnes crudeles & inhumani ac feri Neptuni dicuntur filii: quippe quorum corpora ob humorum copiam à sole minime digestorum bonitatem morum nesciant; cuius radii non solum educandis corporibus, sed etiam moderandis animis mortalium plurimum conferunt. Quid veto est aliud Iphimedeæ, quam pertinax & infixa in animo cupiditas neque consilio neque rationi cedens? nam in quibus corporibus eximie vires extiterint, minimum est plerumque consilii & prudentiæ. Hi igitur, ut imprudentes, & crudeles, & temerarii, qui nihil honestum esse putarent, nisi quod placuisset, vel Iouem ipsum velle de cœlo depellere ausi sunt. Id ego nihil aliud esse crediderim, nisi imprudentes homines, quibus libido & impetus animi dominatur, Deos omnes contemnere, ac pro suis viribus religionem euertere; cum religio sit omni temeritati & improbitati aduersaria. Nam sine religione ac Deorum metu, nihil neque iustum, neque pi- 20
um, neque sanctum fieri potest. Verum quia scelerum omnium comes est supplicium, & poena, & miseræ, quia Deus est gravissimos flagitiorum vindex, illi non iniuria ab Hercule, & Pallade, & Diis cæteris pñigati & acerbissimis suppliciis addicti sunt apud inferos, cum nemini esse scelerato impune denique liceat. At nunc de Typhone dicatur.

De Typhone.

Cap. XXII.

Ed quoniam dictum est de Gigantibus, nonnullaque tantum de Typhone attigimus, cum plura de illo, quam de quouis exterorum dicta inueniatur, neque eadem causa sit cur nasceretur, visum est mihi seorsum esse de Typhone, quid ab antiquis dicatur, explicandum. Scriptum reliquit igitur Homerus in hymno in Apollinem lunonem ægrè ferentem quod Iupiter sine se ex capite Mineruam peperisset cœlum ac terram precatam fuisse, omnesque Deos superos & inferos, ut posset & ipsa sine maris congressu parere; quæ cum manu humum percussisset, sequenti postea tempore natus est ex ea terra Typhon, qui draconæ educandus traditus est, ut patet ex his versibus;

ἄλλοι δὲ πρὸς αὐτὴν ἐκάλειον, ἵνα δραπετεύῃ
κτῆνος αὐτῇ διὰ νύκτος ἀπὸ ἀρατοῦ ποταμοῦ
Ζεφύριον, μετὰ δὲ, τῆραι δόρυ, ἔκαστ' ἀλλὰ
αὐτῇ ποιεῖν ἵδμεναι τοῖς χεῖρσι, ἀλλὰ μὴ ἀντίοι,
Πάλλας δὲ μὴ ἄν τανυκλῆος, ἵνα αἰὲλ πῆμα δαμνέῃ.
ὅς ποτε δὲ θεοῖσιν χροὸν ἔρποντο ἑρποντο
ἀνδρῶν ἄρραλιντο τρυφεὰ πῆμα βροτῶντο.
ἔπειτ' ἄρ' ἔρποντο χιλοεπί τε δὴ σαρῖ,
αὐτὸν δὲ πρὸς ἀντίοι, ἵδμεναι αἰνέται δὴ θεοῖ
ἱεστῶν.
III-